

Sermo

cōdiuidit alijs auib. **S**z paritas. auaricia. rapina. z exactiones i subditos sūt signa ignobilitatis. **S**ecunda virt⁹ ē gñitudo z recognitio bñficioz dei z hoīz. s. qz deo sint gñi in b qz eos p alijs hoīb bonorauit z sublimauit. Similit^r gñi debent esse subditis suis a qbus nutriunt. qz ipsi nō colunt agros. nec serūt. nec metūt. nec laborant in vineis. nec tritūrāt. nec panem nec carnes. nec pisces. nec alia comestibilia sibi pparāt. s. alij p ipsis laborāt. sicut rustici i agris. carnifices. pistores. pannifices. sutores. sartores. ipsis pparāt necessaria corpis q ad victū z vestitūz. Ergo illis subditis debet esse grati z clemētes. Et qñto magis sunt grati z pñ suis subditis. tāto nobiliores esse cōgscūt. Sic p oppositū isti sunt ignobiles q sūt austeri z ingrati. z vilipendūt subditos. imo tales ignobiles sunt brutis aīalib. qz aīalia bruta recognoscūt illos q eis bñficiūt. z i signū gñitudinis applaudūt ipsis. **T**ertia virt⁹ est strenuitas z virilitas defendēdi subditos. **U**n nonis militib datensis. ppter ea vt viduas z orphanos z sditos suos defendāt. qz oīa mala z oīa damna q sūt in terra alicui⁹ militis ac pñcipis p raptos vel lutores z alios malefactores. qbus resistere posset redūdabūt i aīaz suā. **U**nde dī i decre. **N**ō defendere quos defendendos quis suscipit execrabile ē. dīl. lxxxvij. Irreligiosū. **S**z qdā defendūt sditos suos ab alijs z postmodū p seiplos eos spoliāt exactionēdo ptra deū z iusticiā z sine causa rōnabili. z tales tenent ad restitutionem si volūt saluari. vt habet fm **G**uil. ex d. p. sue. in fi. Et d. hoc quere exemplum in promptuario. xli. **P.** **Q**uantuz ad tertiā ptem hui⁹ fmōnis sciendū. qz hodie festuz sancti **G**eorgij deuote z solēnit^r celebrare debem⁹ z iplum tanqz singularem patronū z potentē apud deū inuocare. qd patet p tale exēplū. **U**n legit^r d. eo q cum educt⁹ fuisset extra ciuitatē i loco decollationis erat magn⁹ cum⁹ cadanerū z ossium mortuoz. **U**n illi q venerāt ad spectaculū dixerūt. **G**eorgi mō volumus expiri

potestates dei tui. p q tanta passus es. vt resuscites oēs istos mortuos. **Q**ui rñdit. licet nō sitis digni vt aliqd bñficiū dei recipiatis. tñ ad pfirmationē credentiū. vt vos cognoscatis ipsum esse verū deū qui fecit celū z terrā. **R**ogō ipsū vt ipse eis vitā dignet reddere. **E**t statim illa cadavera oīa surrexerūt quos ipse baptizauit. et multos alios q b miraculo viso i christuz crediderūt. **U**n si b potuit ipetrare a deo vinēs adhuc i mūdo. qd iā pōt apud deū in celo. qz honozana⁹ est z innocanda nobis tanqz potēs intercessor apud deum in oīb⁹ necessitatib⁹ z tribulationib⁹ nostris. **De sancto Marco euāgelista Sermo. xvi.**

Ego sum vitis vera z vos palmites. q manet i me zc. **J**oh. xv. Et i instātis festiuitatis euāgelio. **U**n i pñenti fmōne ad honozē sancti **M**arci cuius hodie festū celebram⁹ qttuor sūt dicēda. **P**rimo aliquid d euāgelio. **S**ecūdo d pñilegijs sancti **M**arci. **T**ertio aliq. p iformatiōe nīa. **E**t quarto aliq. miracula. **Q**uantum ad pñm sciendū. q tria sūt genera palmitū. vt ex euāgelio hodierno colligit^r. qz sūt qdaz viti adherētes s nō fructificantes. sic sūt illi q hūt fidē christianā. s non fructificāt p opationē vt sūt ociosi. **I**stos pater celestis penit⁹ sepabit a societate chūsti. z a pñortio beatoz p sentētiā finalē. z mittet eos i caminū ignis. **T**alis nāqz loc⁹ cōpetit ociosis q diu dormiūt. nec deo huiunt. orando. ieiunādo. nec iō ecclesias frequētando. missas z fmōnes audiēdo. **N**am qlibet tenet i dieb⁹ festiuis. z signanter in dieb⁹ dñicis audire integrā missaz sub pcepto ecclesie. **U**n dī i decre. **D**ie dñica missa ab oīb⁹ ē vsqz i finē audiēda. d. p. se. dīl. j. missas. **I**te sunt qdā palmites viti nō adherētes. z ideo nō fructificātes. qui nec i vite manēt p fidez. sic infideles. **S**im illic christiani q sunt excomunicati maiori excomunicatiōe. tales sūt abs cisi a vite q est christ⁹ z amplius nihil valēt nisi ad ignē.

sic palmes absaisus a vite. **Vñ Ezech. xv**
Fili hoīs qd fiet de ligno vitis ex oib⁹ lig-
 nis nemoz q sunt in ligna siluaz. nunqd
 tollet^r ea lignū vt fiat opus. aut fabrica-
 bit^r de ea parillus vt dependeat in eo qd
 cūq⁹ vas: ecce igni datū ē in escā. **Ram** ex-
 comunicatus priuatus ē missis et indulgē-
 tijs et oibus bonis opib⁹ q sunt i toto mun-
 do. et ad nihil valet. nisi vt gñaliter cōbu-
 rat^r. et quicūq⁹ chustian⁹ scient cōmunicat
 tali excommunicatione incidit in minore exco-
 municatione. **Vñ dñi i tece. Coicans** ex-
 comunicato indebite excommunicationem
 incurrit. xi. q. iij. **Precipue** et ca. **Si** q⁹ e⁹s
Docisti deberet attendere q loquunt^r emūt
 vendūt. comedūt. et bibunt cū excoicatis.
Ite qdā sunt palmites q chris^{to} adherēt
 p fidē et opationem. d qbus dñi: **Qui** ma-
 net i me et ego i co. hic fert fructū multum.
Rā hō existēs i grā sp meret^r quicqd facit
 orādo. ieiunādo. pegrinando. imo manu-
 talit^r laborando. vñ le vxorē et pueros pos-
 sit nutrire. talis semp cū qlibet labore qn-
 tumcūq⁹ puo meret^r premiū eternū qd diu
 est in grā et fidelit^r laborat. **Vñ ps. cxxvij.**
Labores manū tuaz qz māducabis etc.
Et ergo dñi i euāgelio: **Qui** manet in me.
 h fert fructū multū. **Quantū** ad secūdā
 ptem hui⁹ fmonis sciēdū. q sanct⁹ **Mar-**
cus hz septē pūlegia. **Primū** pūlegiū
 q a deo ē electus i euangelistā. **Rā** secut⁹
 ē **Petrū**. q eū baptizauit. vsq⁹ rhomam.
 tanq⁹ oīs pastores suū. tanq⁹ discipulus
 magistrū suū. tanq⁹ fili⁹ patrē suū. vbi an-
 no dñi. xl. rogatus a fratrib⁹ scripsit euā-
 gelium grecis literis et fnone greco. iuxta
 qd **Petrū** referentē audierat et a chris^{to}
 p inspirationē accepit. **Vñ Hiero. Lō-**
ueniēs enī fuit q et ille q erat discipul⁹ ei⁹
 q ē caput aploz. scriberet euāgeliiū rhome
 q ē caput oīnz ciuitatū. et i lingua greca q
 erat tunc caput omnium linguarū. **Qd**
 qdē euāgeliiū i aquilegien⁹ ecclesia olim
 ostendebat. h modo florentiē apud sena-
 tum deuotione cōgrua cōseruat. **Ite** sciē-
 dū q sanct⁹ **Marc⁹** n solū ē euāgelista. s
 etiā testis chris^{ti}. **Rā** i chris^{to} qttuor fue-

rūt d qb⁹ oportuit testimoniū phiberi. scz
 vera hūanitas. vera diuinitas. vera pal-
 sio. et vera resurrectio. et ideo qttuor euā-
 gelistas. i. quattuor testes habere voluit.
Ram testis de vera sua humanitate fuit
Matth⁹ q in pncipio sui euāgelij chri-
 sti genealogiā texuit. et ideo i figura hoīs
 ponit^r. **Sue** diuinitatis testis fuit **Johan-**
nes. et ideo i specie aqlē figurat^r. **Testis** de
 ei⁹ passione fuit **Lucas**. et ideo i figura vi-
 tuli q deo i sacrificiū offerebat^r designat^r.
Testis d resurrectione sua fuit. **Marcus**
 q ipsam eleganter cōscripsit. et ideo i figu-
 ra leonis figurat^r. **Sicut** enī leo ad sui cla-
 more post tertiū diem leuuculos mortuos
 suscitāt. sic pater i diuinis filium suū post
 tertiū diē suscitauit. et qz **Marcus** de hac
 suscitatione ceteris aptius agit. ideo eius
 euāgelii i die resurrectionis chris^{ti} i toto
 mūdo recitat^r. **Secundū** pūlegiū. qz
 fuit patriarcha **Alexandrin⁹**. cuius patri-
 archalis dignitas cōmendabilis ē a trib⁹.
Primo ex rōne promouentis. qz a beato
Petro spūsancto reuelante fuit p^{ri}motus.
Secūdo cōmendabilis ē rōne p^{ri}moti. qz
 hanc dignitatē nō cōcupiuit s ex corde fa-
 git et inuitus obediuit. **Vñ** pollicē sibi am-
 putauit. vt sacerdotio reprobus haberet^r.
 qz ex humilitate se idignū reputauit. **Sz**
 tñ beatus **Petr⁹** secū dispensauit. et ipsū
 p^{ri}sidere coegit. **Cōmendabilis** ē etiā ex p-
 te officij. p^{ri}secuti. qz scz p^{ri}mo missaz alexan-
 driē celebrauit. et pplm sibi cōmissū scien-
 tia et doctrina paui^t. **Tertiū** pūlegiū
 qz ē virgo a deo electus. et in h dat exēplū
 castitat^r iplis sacerdotib⁹. **Multū** enī de-
 cet castitas ipsos ministros ecclesie. **Pri-**
mo qz sacerdotes sūt loco dei. et ideo dñt
 viuere spūalit^r et nō carnalit^r. **Secūdo** qz
 habēt angelicū officiū. nā eidē dño huiūt
 cui et angeli. et ideo dñt esse puri et mundi
 sic angeli. **Tertio** qz ipsi p^{ri}rectāt sancta. et
 ideo decet eos esse mūdōs. et maxime a car-
 nis immūdicia. **Vñ Lenig. xxi.** **Hō** q ha-
 buerit maculā non offerat panē dño deo
 suo. et non accedat ad ministerium eius.
Quantū pūlegiū. qz non solum fuit

Bermo

euāgelista. s. etiam magn⁹ martyr christi.
Un legi^t de eo q^d anno dñi. l. vii. sanctus
Marc⁹ passus fuit i alexā dria grecie. vbi
ipse p^m patriarcha fuit. quem pōtiffices
idoloꝝ fūne collo ei⁹ immisso. ipsum p ci
uitatē trabētes. ita q^d carnes ei⁹ i terrā flu
ebāt. ⁊ lapides sanguine suo rigabantur.
Alle autē cū traheret clamauit ad dñm. et
orauit. p seipso dicēs: **P**ater i man⁹ tu
as cōmendo spiritū meū. **O**rauit etiā pro
p^olo peccāte vt sibi i dūlgeret dicēs: **P**a
ter dimitte ill⁹ q^d nesciūt qd faciūt. **Q**ui
tum pūilegiū q^d christ⁹ p^osolatus ē eū tpe
passiōis sue ⁊ ad eū dēscēdit. **U**n legi^t d
ipso q^d anno dñi. l. vii. cū esset i alexandria
i carcere venit ad eū christ⁹ p^ofortans eū et
dixit: **P**ax tibi **M**arce euāgelista meus.
noli timere. q^d ego tecū sum. vt erua te ab
hostib⁹ tuis. ⁊ p^omitto tibi q^d a me nūq³ se
paraberis. **S**extū pūilegiū q^d hodie cele
brat festū ei⁹ ab oib⁹ christi fidelib⁹. ⁊ in
sup ieiunam⁹ hodie ⁊ inus cū reliquijs vt
d⁹ p^oseruet nos p infinitā suā misericor
diā a subitanea morte. **E**t vocat letania
maior quā sanctus **B**regori⁹ instituit pro
magno morbo ⁊ plaga dei. d⁹ h⁹ quere i p^oxi
mo h⁹ mōe sequēti i p^oncipio. **S**eptimū
pūilegiū q^d cū magna solēnitāte corp⁹ ei⁹
venetias trāslatū ē. **U**n legi^t q^d anno do
mini. cccc. xviij. veneti corp⁹ sancti **M**ar
ci d alexandria trāstulerūt ad venetias. et
cū corp⁹ dēferret. fuit odore mirifico cir
cūfusuz adeo vt tota alexā dria odore mi
rabili pfunderet. **E**t veneti i honozē san
cti **M**arci ecclesiā mire pulcritudinis fa
bricauerūt. **Q**uantū ad tertiā ptē hui⁹
h⁹ monis sciendū. q^d sic hodie ieiunamus. p
subitanea morte tunc. p n^{ra} informatione
p^omo hic querit⁹ q^d sint remedia ptra subi
tancā mortē. **R**ūdet h⁹ m doctores q^d sunt
p^oncipalit⁹ tria. **P**rimū vt q^d hodiernū
diē ⁊ p^ocessionē veneret deuota orōne ⁊ ie
iunio. ⁊ deuoto comitatu cū crucis p^ocessi
one. p euadēda morte impromisa ⁊ subita
nea. **U**n sanct⁹ **T**ho. in. iiij. dis. xv. dicit:
Alle q^d orat. p se pie et p^oseuerant in his q^d
ad salutē suā p^otinent. semp exaudit⁹. **A**ur

tal⁹ q^d singula p se facit. scz ieiunādo. orā
do. ⁊ p^ocessionē crucis et reliquias deuote
sequēdo nō exaudiret. **S**ecundū ē. vt
q^d singulis noctib⁹ i fronte signaculo cru
cis se muniat dicendo: **J**esu nācarene rex
iudeoꝝ miserere mei. **U**n **V**incentius in
speculo h⁹istoriali li. xxxij. ca. lxviij. refert d
sancto **E**dūdo cantuariēsi ep^o. qui cū
puer esset ⁊ scholaris ab anglia missus pa
risius. cui mater sua deuotissima singulis
annis necessaria victus ⁊ ciliū misit. **C**ū
autē ibi cūz scholarib⁹ suis grā spatiādi in
pratū exinisset. relictis scholarib⁹ suis i io
cis. put a matre didicerat seorsū cūdo de
uotioni se dedit. **C**ui puer **J**esus i forma
pulcerima apparuit dicēs: **O**fficiolissime
Edūde salue dilecte mi. cūq³ p^oanfact⁹
Edūnd⁹ ammiraret. deuuo christ⁹ pu
erulus ait ridēdo. **Q**uāqd me nosti? **R**ū
dit **E**dūndus. **N**ullā tui noticiā habeo.
nec puto tu mei. **C**ui christ⁹. **C**ū i scholis
es ⁊ studio intēdis. ⁊ etiā vbiq³ es inse
parabil⁹ assiste tibi. cur me nō nosti? i fa
ciem respice ⁊ lege. **C**ū autē **E**dūndus i fa
cie pueri lris celestib⁹ legeret. **J**esus nāca
renus. ⁊ qd legeret. rūderet. puer subintu
lit. **H**oc nomē memoriale tibi sit. ⁊ noctib⁹
singulis imp^ome fronti tug. p h⁹ eni poteris
ptra mortē subitancā muniri. ⁊ quisq³ ea
dem scriptura se munierit cōsimili modo i
fronte sua. **Q**uibus dictis relictā magna
dulcedine i corde **E**dūndi disparuit. **S**i
mil⁹ cū q^d ex corde illū versū q^d habetur in
ps. xv. **D**irupisti dñe vincula mea ⁊ c.
frequenter trina vice dixerit. **U**n **A**ssio.
in glo. sup illo versu dicit: **I**ste versus tan
tē virtutis credit⁹. vt peccata hoīz dimit
tant⁹ si in fine vitę trina p^oessione dicatur
Tertū ē ⁊ optimū vt q^d quolibet sero
p^oritionē habeat d peccatis suis p^oteritis.
⁊ bonā voluntatē ampli⁹ emēdandi. **U**n
Agēch. xviij. **I**n quacūq³ hora peccator i
gemuerit ⁊ c. **U**nde **B**reg⁹. **Q**ui ex corde
dolet se cōmisisse culpā cito p^octōꝝ suozum
obtinebit veniā. **I**nsup alicui sanctoꝝ scz
beate **M**argi. vel ap^olo suo. vel san
cto **N**icolao. v^ol⁹ sili sancto crebro speciale

obsequiū exhibeat. ut sibi impetret q̄ten?
 n̄ subito recipronis. s̄ munit⁹ ecclesiasti-
 sacris moriat. **Q**uā etiā n̄ris t̄pib⁹ z antiq̄
 tus repim⁹ multos sic faciētes exauditos
 fuisse miraculose. q̄ satis ī grossis morib⁹
 p̄us vinebāt. **E**t quanq̄ nō sit tenēdū q̄
 infallibilē q̄s q̄litercūq̄ vinēdo exaudia-
 tur. tñ p̄ie sperari pōt exauditiō ab eo q̄
 specialia obsequia aliq̄bus sanctis p̄uile-
 giatis p̄orrigit. **C**ōtulit enī d̄e⁹ specialib⁹
 sanctis specialia privilegia p̄ viatoribus.
 sic sancto **Antonio** p̄tra ignis incendiū.
 put⁹ determinat sanct⁹ **Tho. i. iiii. dis. xlv**
 d̄orōnib⁹ s̄ctōp. q. ij. **I**tē querit secundo.
 qd̄ sentiendū sit d̄ illis q̄ sine rōne moriun-
 tur. **R**ūdet q̄ sic fuerūt ī illa hora qñ per-
 viderūt rōnez. sic vult eos ch̄ist⁹ iudica-
 re ī agone. **S**i enī fuerūt ī gr̄a ī illa hora
 qñ v̄sum rōnis p̄diderūt z sic moriunt⁹ tūc
 sine dubio saluant⁹. **S**i si fuerint ī peccat̄
 mortalib⁹ illa hora. tūc damnabunt⁹ si sic
 decedunt sine v̄su rōnis. **V**n̄ d̄i ī decre.
Qualē te inueniat d̄ns cū vocat. talē pa-
 riter z indicat. d̄ p̄g. dis. j. **N**unq̄d. **I**tem
 querit q̄re aliq̄ tam amarā mortē z durū
 finē habēt. **R**ūdet q̄ d̄e⁹ s̄ p̄mittit tripli-
 ci d̄ causa. **P**rima causa q̄ aliq̄b⁹ ī pe-
 nam z plagā. q̄ temeruerūt cum magnis
 peccatis suis. q̄ nō sunt digni ut euz rōne
 z cōfessione z sacramentis. s̄ sic bestie. sine
 penitētia z p̄fessione decedāt. **V**n̄ **Aug⁹**
Ita sit q̄ ī fine obliuiscit sui. q̄ dū vineret
 oblitus ē dei. **I**nsup talib⁹ magnis pecca-
 torib⁹ dat⁹ tam amarā mors ut ī p̄senti in-
 choet⁹ eoz infern⁹. z ī eternū nunq̄s termi-
 nabit. **V**n̄ aliq̄ mordēt linguas suas ī ex-
 tremis q̄ cum linguis suis decederūt. pri-
 mos mentiendo. detrahendo. maledicen-
 do. iurādo. blasphemādo. scurrilia verba
 p̄ferēdo. **I**tē aliq̄ ī extremis p̄cutiūt euz
 manib⁹. cū pedib⁹ trūdūt. q̄ offēdēt d̄m
 impudice tangendo z cū pedib⁹ ch̄orican-
 do. **I**tē aliq̄ vestes lacerant z tecturam a
 lecto p̄iciunt. z sic nudi iacent sine verecū-
 dia. tanq̄ bestie. q̄ offēderūt d̄m ī sup-
 bia vestī cū candis lōgis. z scissuris mul-
 tis. **Q**uāliq̄z infern⁹ hic incipit patet ī

antiocho. ij. **N**achab. ix. **Q**ui voluit de-
 lere filios israel. quē d̄ns p̄cussit plaga in-
 sanabili ut vermes ex corpe suo scaturie-
 rūt. z sic misere obiit. **S**imilit̄ ī nouo te-
 stamēto herodes q̄ pueros occidit. etiam
 scaturiebat vermib⁹. z postmodum occidit
 seipsum. **S**imilit̄ carnifices q̄ occiderunt
 sanctū **Kilianū**. postremo deuorauerunt
 man⁹ suas. p̄prias. **S**imilit̄ z satellites
 diaboli q̄ occiderūt sanctū **Thomā**. can-
 tuariensem. q̄ etiā amarā mortē sustinue-
 rūt z sine sacramētis obierūt. **S**ecūda
 causa ē q̄ d̄us s̄ p̄mittit ī terrore viuen-
 tiū. ut qñ quis videt iuuenē mori amarā
 mortē. z sine v̄su rōnis z sine sacramentis
 vel subitanea mortē. ut sic p̄uertat z que-
 rat indulgētiā z misericordiā dei ne simi-
 lis mors sibi eueniat. **T**ertia causa quia
 aliq̄bus bonis p̄tingit s̄ ī bonū ut v̄sum
 rōnis amittant ī extremis. sic sunt pusilla-
 nimes. ne ī extremis desperēt. z a demo-
 nib⁹ decipiant⁹. q̄ cum q̄s est ī gr̄a. z sic
 p̄dit v̄sum rōnis. tūc nō pōt amittere reg-
 nū dei. nec peccare mortalit̄ sine v̄su rōnis
Itē qñq̄ p̄tingit ex p̄missione dei. q̄ aliq̄
 deuoti hoīes tam grauē z amarā mortē
 sustinēt. z hanc dat eis d̄e⁹ qñq̄z misericor-
 diter. p̄ purgatorio. **A**d **Rho. viii. Sc**
imus qm̄ diligentib⁹ deū oīa zc. Et cōtin
git malis ī malū. z bonis ī bonū. s̄ tñ nō
strū nō ē tales indicare. Luc. vi. Nolite
iudicare z nō iudicabimini. nolite cōdem
nare zc. Quantū ad quartā p̄tem sciē-
 dū. q̄ oēs ch̄ristiani debēt sanctū **Marcū**
 tanq̄ singulārē patronū inuocare. z p̄mo
 q̄ vulnerant ī corpe. **V**n̄ legit q̄ quidaz
 calciator gūiter se ī manu sinistra vulne-
 rauit. cui⁹ manū **Marcus** luto perungēs.
 eūq̄ sanauit z ad fidē p̄uertit. **I**tē qñ oc-
 currit sterilitas terre inuocādus ē. **V**n̄ le-
 git q̄ cū totā apulēā magna sterilitas oc-
 cupasset. reuelatūq̄ ē eis ut s̄ eis acciderit
 q̄ beati **Marci** festū nō celebrarēt. **D**uz
 igit̄ beatū **Marcū** inuocarent z festū eius
 se celebraturos. p̄mitterent sterilitas abiit
 z abundantia supuenit. **I**tē pōt impetrare
 gr̄am. **V**n̄ legit q̄ cum qdaz sarracenus

naufragium pateretur sanctus **M**arcus
eidē apparebat eū eripuit et ad fidē bap-
tismi pduxit. Itē i extremis innocand⁹ ē.
Vñ cū qdā religiosus q̄ beatū Marcum
i multa deuotione habuerat ⁊ ei⁹ sepulcrū
sepi⁹ visitauerat moreret⁹ beat⁹ Marcus
eidē apparuit ⁊ aīaz ei⁹ ad celi gaudia in-
trodūxit. Itē obsessi a demonib⁹. Vñ le-
git⁹ q̄ qñ corpus suū d alexandria trāsser-
ret ad venetias qdā noluit credere s̄ ipsū
esse corp⁹ beati **M**arci q̄ statim a demo-
nio capie⁹ ⁊ tādū verabat⁹ donec ad cor-
pus beati **M**arci ductus ē ⁊ in se credere
fateret⁹ q̄ liberatus gloriā dedit deo ⁊ bea-
tū Marcū euangelistā de cetero i magna
reuerentia habuit.

In diebus rogationū Ser-
mo. XVII.

Orate pro in-
uicē vt saluemini. **J**acobi. v.
Quāuis omni tpe sit orāduz
p̄cipue tñ dieb⁹ ⁊ t̄pib⁹ statutis. Int̄ ce-
teros aut̄ dies statutos orōni sūt dies isti
i q̄b⁹ ecclesia celebrat letanias. Vnde i
p̄senti f̄mone tria sūt dicēda. Primo de
letania maiori. Secūdo d letania minori
Tertio d orōne q̄ vn⁹ orat p̄ alio. **Q**uan-
tū ad p̄mū sciendū q̄ letania interpretatur
rogatio vel supplicatio. Et letania maior
pagit̄ in die sancti **M**arci. Et ē instituta
a beato **G**regorio papa. Et ē causa p̄pter
quā instituta est q̄ p̄ magno morbo epi-
dimie. **R**homani enī cū i q̄dragesima ca-
ste vinerēt ⁊ ieiunarēt ⁊ i pasca corp⁹ chri-
sti recipēt. postmodū cū comessatiōib⁹ lu-
dis ⁊ luxurijs frena laxabāt. Ideoq̄ dñs
puocatus ē pestilentia maximā i eos per-
misit quā inguinariā vocabant. i. aposte-
ma siue inflaturā i inguine. Pestis itaq̄
ista ita fena fuit vt hoīes i via in ludis i
mensa subitanee morerent⁹ ac etiā i collo-
quijs ita cū oscitarēt spiritū subito emise-
rūt ita vt ductū ē i p̄suetudinez ⁊ adhuc
hodierna die fuit. Vñ cū q̄s se olim vel
le oscitare sentiebat p̄tinuo sibi signū cru-
cis imp̄mere festinabat. Similit̄ cū aliq̄s

aliquē sternutante audiebat statim accu-
res. ⁊ te adiunet acclamabat. Hec p̄sue-
tudo etiā vsq̄ hodie fuit. Hec aut̄ pestis
vnde originē habuit i vita sancti **G**rego-
rii inuenit. Vñ legit̄ cū qdā tpe t̄bris flu-
minis aluē suū egressus intantuz exiuit vt
super muros vrbis efflueret. et plurimas
domos euenteret. Tūc i t̄brim flumiū mul-
tudo serpentū cū dracone magno descē-
dit. s̄ a fluctib⁹ suffocati ⁊ ad littus piecti
totū aerem sua putredine corruerūt. ⁊ sta-
tim illa plaga quā inguinariā vocāt. exor-
ta est q̄ p̄mo omniū **P**elagiū papā extin-
xit. postmodū in vulg⁹ ita desuit vt sub-
tractis habitatorib⁹ plurimas domos in
vr̄te vacuas reliquerūt. Sed q̄ ecclesia
vel sine rectore esse nō potuit. **G**regoriū li-
cet innitū plebs oīs elegit. Cū igit̄ esset ele-
ctus letanias instituit. ⁊ vt hoīes attētius
orarēt animauit. Sed quia rhomā pestis
supradicta adhuc vastabat. p̄cessionē cū
letanijs tpe pascali instituit. ⁊ ordinauit q̄
imaginē beate **M**arginis q̄ vt dī adhuc rho-
mē ē quā **L**ucas arte medicus ⁊ egregius
pictor formauit. ⁊ p̄ omīa beate virgini est
similis. ante p̄cessionē reuerent⁹ portarent.
Et ecce tota aeris infectio et turbulentia
imagini cedebat. ac si ipsaz imaginē fuge-
ret ⁊ ipsius p̄sentiā ferre nō posset. Sicq̄
p̄ imaginē mira serenitas ⁊ aeris puritas
remanebat. Tūc in aere vt fert̄ iuxta ima-
ginē audite sunt voces angeloz cantātū
Regina celi letare zc. Et beat⁹ **G**regori⁹
subiūxit. Ora p̄ nobis deus alleluia. Tūc
beat⁹ **G**regori⁹ vidit supra castrū **E**rescē-
tij angelū q̄ gladiū cruentatū detergens i
vaginā retrulit. Intellexitq̄ beatus **G**re-
gorius q̄ pestis illa cessasset. ⁊ sic factū est.
Vñ ⁊ castrū illud deinceps castrū angeli
vocatū ē. Et ista letania dī maior. ⁊ d ea
p̄dicādū ē in die sancti **M**arci qñ hoīes
ieiunāt. ⁊ cū p̄cessionē vadūt. vt eos reus
a subitanea morte p̄seruet. **Q**uantū ad
secūdā p̄tē isti⁹ f̄monis ē sciendū. q̄ alia
dī letania minor. q̄ sit trib⁹ dieb⁹ añ ascen-
sionē dñi. quā beat⁹ **M**amert⁹ anno dñi
cccc. lxxiij. ep̄s viennē. instituit. **A**ula